



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Thomæ Apostoli.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

IN FESTO S. THOMÆ  
APOSTOLI.

## Partitio.

1. De consortio malorum fugiendo.
2. De Thomæ incredulitate & ingratitude.
3. De lapsu Sanctorum quorundam: cur & quomodo.
4. De Sancti Thomæ conversione quomodo acta.
5. De eius raptu & clamore, Dominus meus, & Deus meus.
6. De servatis Christi vulneribus.

Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Ioan. 6.

## FIGURA.

Gen. 46.

**I**acobi Patriarchæ filij duodecim ab itinere frumentationis rediunt, dum patri nuntiant, filium eius dilectissimum Ioseph etiamnum superstitem esse, & in terra Egypti regnare, vix ille credere præ gaudio poterat, ac somnium audire se existimabat; donec post aliquot ipse dies suis eum conspicatus oculis, præ gestientis animi & pio admirationis sensu exclamat, *Iam latet moriar, quia vidi faciem tuam.* Simile quid hodierno in Evangelio contingere videmus. Duodecim namque Apostoli Thomæ collegæ suo dum enarrant à mortuis resuscitatum esse Dominum; atque omnibus sibi rediuuium apparuisse, credere prorsus noluit obfirmatus, quin imo fabulam audire se putauit, donec tandem suis eum conspicens oculis, & manibus contrectans, octiduo post, gaudio & stupore plenus exclamat, *Dominus meus ac Deus meus.* Plura non ante dicam, quam Dei opem inuocauerimus, atque hanc ob causam Deiparam cum Gabriele paranymphe salutemus, dicentes:

## AVE MARIA.

Veteres Philosophi dum homines docent, quibus ad probitatem vijs contenderent, & Philosophorum hanc in rem sectarentur consortia, phorum tam diuina & eximia cunctis in genere documenta tradiderunt, vt non Ethnicorum mali conab ore & calamo eadem, sed Christianorum fortij fuga, prolata videantur. Omnis ea generis hinc inde collegi, & occasione materiæ, quam hodie vobis exponere decreui, statui recensere. Solon imprimis malorum vetans contubernia, optimo cuique consulit; *Cum malis commercium non habito.* Quin & post ipsum Cato Cato sapientiæ fama celebris hoc ipsum confirmauit, dicens, *Cum bonis ambulato, eorumque sequere vestigia.*

Huc accedens Philemon, & quæ prauorum familiaris includat discrimina, aperiens, nemini non suadet, *Cum viro improbo iter ne feceris.* non conuersationem modo, familiaritatem ac colloquia prauorum vetat, sed & congressus, & coambulationes. Inter moralia Epicteti documenta ac præcepta hoc non postremum obrinet locum, *Scito eum inquinari, qui cum inquinato ingenio conflatur.* Quin & veterum Sophorum oraculum Socrates eundem feriens Socrates scopum, hanc protulit sententiam, *Malorum consuetudinem ne ambias, sed remis velis; fugito.*

Ante omnes hosce Philosophos regius ille vates ac Psalter suos ab hac eadem materia Psalms auspicatur: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. & in cathedra pestilentia non sedit. Quibus ipse verbis omne prauorum consortium societatemque condemnat & interdicat, & fundamentum ponit, super quod tot egregias gnomas ac sententias Ethnici Philosophi de in ædificarunt.*

Et saneres est longe periculosissima per Malorum uersorum impiorumque frequentare commercia. Tacite hoc & mystice innuit in Canticis sponsa, dum dicit, *Nolite mirari, quod in claudis fusca sim quia decolorauit me sol, filij matris meae pugnaverunt contra me.* duas decolorationis suæ declarat causas, primam concupiscen-

tiæ animalis calorem, quam sole designat, deinde prauorum societatem dicens, *filij matris meae pugnaverunt contra me*. Impij enim pios lacerant, bellumque iisdem noxiu persuasum, diabolicis consilijs, perniciosis sollicitationibus, pessimoque exemplo inducunt.

Apocal. 9.

Hoc ipsum ad litteram designavit visio illa Ioanni in Apocalypsi ostensa, qua vidisse se ingentem equorum multitudinem ait, *Et numerus equestris exercitus vicies milia dena millia*. Quinam vero hi equi, & bellatores equestres fuerunt? sibi ipse respondet, *Et ita vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas ac sulphureas, & capita eorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedit ignis, & fumus & sulphur, & ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum*. Hoc ut mysterium exponamus, sciamus ante oportet, non semper seipsum omnia malorum genera demones operari, sed sceleratorum & impiorum velut malitiæ suæ instrumentorum opera ut plurimum uti ad eadem efficienda. Hoc itaque præsupposito certissimum est, per equites hos demones designari, quorum infinitus est numerus; per equos vero, peruersos & impios, quorum opera & adminiculo de hominibus. ceteri demones triumphat, victoriamque de ijs referunt, quam, illorum ni foret subsidium, referre non adeo commode possent. Leonina equorum capita, & ora igniuoma, fumumque ac sulphur exhalantia impiorum crudelitatem notabant, quod peruersi proximum deprauent & pessimo exemplo inficiant. Potissimum autem horum malorum patrandorum instrumentum ipsum est os, quo verba iniquitatis & blasphemias, intolerabiles proferunt; atque hoc igne equorum faucibus procedente representatur, proximi honorem adurente, omnemque eiusdem vitam in cineres conuertente. Fumus porro atroces calumnias, horrendas detractiones & verba famam inquinantia figurat, quibus proximi famam auerunt, honorem violant, hominique eiusdem turpissimam aspergere maculam omni ratione conantur. Sulphur denique fordidorum, foedorum ac malevolentium verborum, quibus castissimi quos-

Bestia tom. 3. De Sandis.

que deprauant, inficiunt, & afflant, puriscantiam ac foetorem representat. Ut n. nihil sulphure malevolentius aut puriscentius, ita castis auribus nihil est quam verba inhonestæ & impia ingratius, exosius, & intolerabilis. Hanc ob causam os impiorum sordibus, inquinamentisque & infectionibus semper patens, sepulchro foetido & mephitim terribilissimam spiranti non in seite à Psalmista accommodatur, *Sepulchrum patens est guttur Psalm. 56. eorum*.

Omnis hæc tropologia eo spectat, ut videatis, videntesque metuatis, metuentes denique; euitatis malorum consortiorum discrimina. Hoc ut Sapiens declararet, hæc ænigmatica proponit inuolucra: *Quis miserabitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropriant bestijs? sic & qui comitatur viro iniquo, & obuoluitur ei in peccatu eius, &c.* Eccli. 12.

Quibus ille verbis hoc potissimum significat. Prauorum re intendit, non minus esse cum impijs agere familiaritatem ac periculosum, quam cum be-tas non mistijs maxime feris conuersari. Atque hanc ob causam adiungit, *Si communicabis lupus agnoscit, quam aliquando sic peccator iuro, quasi diceret, Lupi bestiarum pi tractatio familiaris & quotidiana non a deo noxia est agno, nec tantum metuenda, quantum iusto domestica peccatoris & impij societas.* Eccli. 13.

Si hæc Scripturæ loca non sufficiant ad persuadendam & ad oculum videndum, quantum prauorum consortia discrimina inuoluant; sapiens ille Rex David re ipsa id vobis declarabit, dum quodam loco sic scribit: *Et commixti sunt in eis gentes, & didicerunt opera earum, & seruiuerunt sculptilibus earum, & factum est illis in scandalum*. De filijs Israel sermo est, quos impiorum Chananæorum consuetudine deprauatos fuisse non differetur, nam idololatrarum tractantes commercia, infideles etiam & idololatras facti sunt. Psalm. 105.

Hanc solam ob causam, ad euitanda inquam discrimina, qua malorum affert societas, hoc per Moysen filijs Israel mandatū dedit Deus: *Præcipe Israel, ut eijciam de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo, tam masculum quam feminam, eijcite de castris, nec utinimet ea, cum habitauerint*. Num. 3.

Gggg vint

Impij instrumentum sunt Damonis.

Verba iniqua sulphur inflantur.

Pravorum societas noxia.

*am v. b. scum.* Hoc de leprosis pollutisque & immundis e castis eiciendis præceptum nõ alium ad finem referebatur, quam vt hinc disceremus, quam sint leprosi spirituales peccatores scilic. polluti & seminidui, puta scandalum dantes, si quotidianum cum ijs habeatur contubernium, noxi & damnosi. Qui ergo infici & afflari noluerit, diligentera det operam, ne pestifera hæc commercia frequentet.

Hac etiam de causa non mediocri aduersus Iosaphat Regem iracundia concitatus est Omnipotens, quod Regis Achab, quo nullus Regum Israel existit aut nequior, aut vafrior, amicitiam, fœdus, societatemque perdidit expectasset. quapropter stomachatus eidem aiebat, *Impio præbes auxilium, & ijs qui oderunt Deum amicitia iungis, & idcirco iram quidem Domini mereris, sed bona inuenti sunt*

Omnis hominis ruina ac perditio a pravorum consortio. Bonorum societas optanda.

quam societatem inisset, quæ tandem illi afferre exitium potuisset; vt hac ratione omnes, paruos simul & magnos, edoceret, nihil esse peccatorum societate, scãdalosorum frequentatione, sceleratorum fœdere, alijque impiorum commercijs Deo exosius; ab hoc namque tota hominis ruina dependet & exitium.

Vt autem perditorum ac profligatorum societas mala, noxia, & perniciosa est, ac proinde summo opere detestanda; sic vice versa bonorum sanctorumque consortium bonũ, honestum, vtile, atque in primis optandum est. *Exemplo sit Laban ille paterfamilias, qui in Genesi confiteri non erubescit, simul cum Iacob in domum suam ingrediente etiam Deum ingressum esse, & virum hunc sanctissimum & integerrimum omnigenam secum prosperitatem ac benedictionem attulisse: cum n. mediocrium ante foret facultatũ, sancti huius viri frequentatione ac societate factum est, vt præ popularib. locuples euaserit.*

*Gen. 31.* Idipsum & de Iosepho famulo suo testatur Pharaonis Eunuchus Puriphar, agnoscatque ipsius solius sinceritati probitatique omnem domus suæ affluentiam ascribendam.

*1. Reg. 6.* In libris Regũ videbis Obededom Leuitæ quam breuissimo tempore domũ omnigena benedictione cumulata, quod arca Domini

ad menses aliquot in eadem diuertisset. Quo exemplo discimus, vbi vitæ adest, vbi fœderis arca commoratur, vbi vir iustus habitat, ibi omnem felicitatem & prosperitatem quam copiosissime affluere. Hinc efficiemus ergo, Bonorum bona honestaque commercia nunquam non vtilitatem afferre. In huius rei testimonium videbis Saul Regem, vnum non vsquequaque pbum, sed sceleribus multis coopertum inter Prophetas agit, simul etiam prophetare, atque illorum ad instar in sancta piæque oracula prorumpere, *Et prophetauit cum ceteris.*

Sed qui habere historiam, qua quæ dicimus confirmatur, voluerit, videat quæ 4. Regum scribuntur libro. Leget ibi cadauer tumultuarie in Elisei Propheta sepulchrum proiectũ ad primum ossium ac reliquiarũ prophetarum contactum rediituum à morte suscitatum: quo prodigioso, notabili tamen & consideratu digno factõ discim⁹, iustorum sanctorumque virorum frequentationem & conuersationem nimium quantum ad mortuos vitæ restituendos, peccatores inquam conuertendos, & ad delictorum cognitionem, atque inde ad gratiæ vitam reducendos sufficere. Nam vel minimus viri boni contact⁹, verbum, commonitio, consilium & salutaris doctrina, vel exemplum bonum ad impium conuertendum, Deo asserendum, ad penitentiam ei, vitiorumque fugam persuadendam suffecerit.

Hæc omnia S. Thomæ Apostoli occasione dicta sunt, qui, priusquã mortem Redemptor oppeteret, cum quadam die vna cum alijs Apostolis dicentem audisset, ascendere se Hierosolymam velle, in qua ne mors sibi parateretur, metuebat; & omnes eius collegæ perterriti exalbescerent, & morore pauidi animum contraherent, robur illis addens magnaque generositate pusillanimitatem ipsorũ exprobrando, ait, *Ecce, carnis, & meriamur Ioan. cum illo, si opus sit, pericula ac cruciatus instantes quid perhorrescimus? non propterea animum abijciamus, non idcirco à fide præstira desciscamus. Et ecce modo, postquam mortuus & resuscitatus est, à ceterorum Apostolorum contubernio scmotus, alijs forte se parum religiosus (quorum, vti & ho-*

& hodie ingens erat numerus sociū addidit. Quamobrem ad illos reuersus vt primū audiit, magistrum ac Dominum IESUM à mortuis surrexisse, amiles se audire credebatur fabulas, non fidem verbis eorum adhibere voluit, nec ante se crediturum asseruit, quam suis eum vidisset oculis, & vulnera manibus contrectasset. Euangelij seriem audiamus, *Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus, &c.* Hac de materia acturus pro methodo mea & consuetudine bipartitam concionem faciam. Primum namque Apostoli huius peritiam & incredulitatem ob oculos ponam, deinde eiusdem conuersionem, fidem, zelum, mutationem, & respicientiam spectandam dabo.

II. Principio igitur Euangelista S. Thomæ incredulitatem euidentius declaraturus hæc initio narrationis verba vsurpat; *Thomas vnus de duodecim*: quibus eadem maiorem in modum exaggeratur: quasi diceret, Illorum de numero vnus, quos Dei filius plus alijs diligebat, qui maiora cæteris charismata ab eo acceperant, ex illius domesticis vnus, ex illis, qui toties illi fidelitatis sacramentum præstiterant, qui tot eum patrarent miracula viderant, quibus tot ipse vicissim arcana crederat, vnus denique illorum, qui tot illi nominibus deuincti erant, talis inquam tam turpiter impiegit, tam grauiter offendit, ita sui est oblitus, a fide defecit, tamque enorme crimen consciuit.

O ingratitudinem singularem! quam tanto animi dolentis sensu Propheta plangit exclamans, *Audite caeli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est, filios enutriuit & exaltaui, ipsi autem speruerunt me, caelos terrarumque ad auscultandum inuitat, omnesque adeo mortales attentos esse vult, ac discere, quantum quamque detestandum ingratitudo crimen sit.*

Nathan Propheta, quo Davidis Regis peccata castigaturus maius verbis suis pondus adderet, ingratitudinem peccantis potissimum fugillat, & sic loquentem Deum per profopopœiam inducit, *Ego vni te in Regem super Israë, & erui te de domo Saul, & dedi tibi domum Domini tui, dedi que tibi domum Is-*

*rael & Iuda, & si parua sunt hæc, adiciam & maiora. Quare ergo contempsisti Verbum Domini, & faceres malum in conspectu eius? perinde ac si, ingratitudinē eius carpendo, diceret, Quanta tu ingratitudo est David! quam ingratus, gratitudo & tota Deo acceptis beneficijs & gratijs indignus es! Quis credidisset fore vniquam, te tot bonorum à me acceptorum memoriā ac sensum tam cito omnē, quæ tua est ingratitudo, depositurū? quis vel cogitatione hanc audeat, fore, vt tu adeo sublimatus, & ab ouium gregibus ad solium ac populi regimen vocatus tam cito tamque turpiter benefactorem delinquendo offenderes, & aduersus eum contumax insurgeres? Hæc quidem olim ingrato Dauidi dicta sunt, peccator; at vide ne & id ipsum tibi oggeratur: quæ enim scelera committis, quas contrahis culpas, & Peccato quotidiana tua in eundem ipsum Deum, qui iam inde ab incunabilis beneficis in te existit, & nouis etiā quotidie te gratijs adobruit, ingratitudo regis illius peccata longo superant interuallo.*

In eiusdem sceleris horrorem ac detestationem hanc in Psalmis querelam ipse mundi Seruator alia in persona depromit, *Qui edebas panes meos, magnificauit super me supplantationem, quasi gemebundus & lamentabundus, Inde ingratitudinem deplorans, diceret: Proh dolor! an nõ insignis illa est ingratitudo, Iudæ peccato, illum, quem tot beneficijs ad mei cultum cantis expellexeram, quem de Apostolorum numero, de Ecclesiæ Principibus, de æconomis domesticis, de regni mei secretarijs intimis, ac de mysteriorum meorum interpretibus vnum constitueram, ita sui oblitum esse, vt aduersus me conspiraret, tam sceleratam in caput meum prodicionem adornet, ac mortem mihi atrocissimam moliat? Quis similem vniquam vel fando vel legendo ingratitudinem audiuit? Verba vero Euangelij, quibus Thomæ incredulitas carpitur, eundem prope sensum videntur includere, *Thomas vnus de duodecim.**

Moyse honoris diuini zelator acerrimus, cum in populum idolis seruientem inueheretur, & nimium quantum succenseret, in primum silli ingratitudinem approbat, quam verbis sensuque satis pathetico exprimit

Deut. 32.

mit dicens, *Incrassatus est dilectus, & recalcitravit, impinguitus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo, vitatus, & bono suo, factus instar equi suginati insolentior. Quibus verbis ingens dolor, & astuans iracundia, simulque intolerabilis illius populi ingratitude exprimitur; uti & illis Euangelij nostri, Thomas unus de duodecim.*

Ezech. 16.

Nullus autem tota sacra Scriptura locus est ad peccantium ingratitude[m] carpendam, castigandamque illo Ezechielis aptior aut accommodatior; apud quem prauaricantem Synagogam, beneficiorum & gratiarum acceptarum immemorem Deus ter maximus sic coarguit: *Lauis, o Synagoga ingrata, aqua purissima, & emu, dauis sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo, & odoramentis perfudite, & vestiui te discoloribus, & ornata ornamento omnigeno; hinc & ornata es auro, & ar. ento. & pretiosis monilibus, & perfecta eras in decore tuo, quem posueram super te, nullus ut te in orbe esset perfectior & ornatio, dicit Dominus Deus, & habens fiduciam in pu. chritudine tua & perfectionibus, isque superbiens fornicata es. Sensus est: Quis, queso, intolerabilem & barbaricam illam ferat ingratitude[m], te, post accepta a me beneficia, tantaq[ue] diuicias, adeo me oblitam esse, ut ob eadem adeo me non diligas, colas, & reuereraris, ut isdem me offendas, abutaris, & in foedissimum ac conuolissimum prolapsa sis. volutabrum.*

Simile.

Propudiosa porro & acres hae sugillationes non omnino praeter rem sunt, ecquae enim dari singique maior ingratitude potest, quam si puella humili nata loco & obscuris orta natalibus, quin & infamibus, utpote cuius parentes latrocinio victitarint, insuper semilaceris vestita seruis ac veteramentis, & vero pauperrima & ab omni re destituta, postquam iam diligenter abluta & inuncta, splendido matrimonio iuncta, regifice induta, & regis vxor facta ac regina esset, horum omnium oblita, honorem prostitueret, prostitulum ac propudium omnium se redderet, amafios alienos consecraretur, iuratam Regi fidem frangeret, & in tam benignum potentemque coniugem tam ingrata

existeret? Adeum demplane modum Synagoga Iudaica, tamen illustria & ingentia a sponso suo caelesti, Deo, beneficia & gratias accepisset, horum omnium immemor, & benefactori iniuria, eandem commiserat culpam, atq[ue] hoc illi apud Prophetam Deus exprobrat.

Hae ipse maiori etiam vehementia animique dolore apud alium Prophetam deplorat, *Eccelocuta es, inquit, & fecisti mala, & loem. 3. potuisti, o ingrata Synagoga. Admirari sine videtur quodammodo Deus, eam hominibus esse sui offendendi audaciam & animos. Et locuta es, id est, introrsum in animo cogitasti tuo. quasi diceret: Anne venire in mentem tibi potuisti, anne vel cogitare potuisti animo in Deum ut peccando insurgeres? Si vero id ipsum cogitatis, quomodo ipsum executioni mandare ausa es? Idem prope sensus est atque ille verborum Euangelicorum, quae velut in ingratitude[m] & incredulitate[m] S. Thomae exprobatorem ab Euangelista dicta sunt, *Thomas autem unus de duodecim non erat cum eis.**

Verba illa *unus de duodecim* studio, quasi per modum admirationis, posita sunt, quomodo scilicet sanctus hic Apostolus, in miraculorum edocto ludo, virtutum ad exercitia formatus, Messie regulam professus, inter discipulos Iesu Christi coopatus, errare, & in tantam incredulitatem labi potuerit. Simile quid & eadem dictum acrimonia in Isai lego, apud quem sic populo suo loquitur Deus, *Miseremur impio, & non dicet iustitiam facere, in terra sanctorum iniqua gessit.* Sensus est, Causa cur in populum hunc sum immisericors, est, quod, cum tanto tempore inter Patriarchas ac sanctos Prophetas, aliorumq[ue] piorum vixerit quotidiana commercia, totq[ue] virtutis sectandae occasiones habuerit, nunquam tamen sapere voluit, semper in nequitia perseverauit, nunquam discere voluit, ut faceret, quae iustitiae sunt. quam obrem indignus est, cui aliquam gratiam aut misericordiam impendam.

Eodem etiam modo, & eadem acrimonia sugillatus est prauaricantium Angelorum princeps Lucifer: *Tu Cherub extensus & protegens, in medio lapidum ignis orum ambulasti. & paulo*

paulo ante: *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Qui fieri, inquam, potuit Lucifer, tam turpiter te labi, tam felici sorte tam infeliciter ex cedere, qui tanto splendore, & tantis perfectionibus iam inde ab initio oriebaris: quomodo credam te, qui lapides inter ignitos, id est, inter Angelos, spiritus illos amore Dei ardentis & astantes, ambulabas, adeo in eodem refrixisse, ut aduersus maiestatem & dignitatem eius conspirares? te inquam principibus Angelorum, & primarijs cæli satrapis & dynastis, ex illis beatorum spirituum capitibus vnus? Quod hic autem de S. Thoma dicitur, eiusdem prope generis est, *Thomas vnus de auodocim.**

Ceterum omnis hæc ingratitude S. Thomæ exaggeratio & exprobratio ad incredulitatem eiusdem refertur, quam sancti Patres excusare tamen & in bonam partem interpretari conantur, & hominibus persuadere, non illam, quæ vulgo putatur, eius esse criminis enormitatem. Petrus Chrysológus in primis, prophetiam magis quam cunctationem in eo fuisse credit: quasi spiritu prophético è plagis in sacra Domini humanitate relictis eius confirmare resurrectionem voluerit. Haymo addit, si dubitare illum permiserit Deus, ad nostrum bonum & Ecclesiæ illius gloriam id factum esse. Sicut de cæco nato Redemptor in Euangelio testatur, non hæc illi ob delictum aliquod proprium, aut partem eius, sed pure & simpliciter ad maiorem Dei gloriam, & cetera immittam.

Eiusdem quoque sententiæ magnus est Gregorius, ac dubitasse Thomam vult, ut animos ipse nostros confirmaret, & omnis dubitationis fibras eradicaret, ut videres nimirum, causam hanc tam rigide examinatam, & à tam pertinaci teste, qualis est Thomas, tam perniciter euentilatam, fidem ipsi adhibeamus, & alia ad confirmationem eiusdem testimonia non inquiramus. Additque, quemadmodum Redemptor sanctiss. matris suæ sponsum Iosephum de conjugis suæ prægnantis integritate dubitare voluit, quo eiusdem deinde virginis pudoris testis foret, ita & hunc discipulum dubitare permisisse, ut irrefragabile & certissimum resurrectionis præcedentis testimonium daret, ac nullus de eadem deinceps

ambigeret. Hæc referri queat, quod suis in hominibus habet August. *Quam bona ignorantia, quæ eruditum ignaros, quæ instruxit incredulos: quam bona infidelitas, quæ saculo fidei militauit!* Eandem causam propugnans S. Cyrillus, S. Thomam mirificis enulat laudibus, eumque sanctissimum Domini vocat discipulum: aitque eum amore potius & pio Salvatore re-fuscitatum; videndi affectu turbatum fuisse, quam dubio aliquo aut diffidentia motum: *Quamuis, inquit, mihi Thomas videri soleat non infidelitate magis, quam summo amore perturbatus fuisse, quia Dominum oculis suis non videbat.*

Longius progreditur S. Bernardus in Apostoli huius patrociniis; eius namque diffidentiam & incredulitatem aliorum Apostolorum fidei anteponebat, & ait: *Plus nobis Thomas dubitatio ad fidem profuit, quam aliorum Apostolorum cito creditum fides.* Suffragatur eidem & Euthymius, & idem prope habet, *Dubitatio hæc Apostoli multos alios confirmat, & à dubitatione liberat.*

Cyrillus ab omni prorsus illum culpa hanc ob causam liberat, eiusque innocentie patrociniatus, in hunc Ioannis locum commentans, illum in Domini sui resurrectione minime credenda noxam nullam ait contraxisse, eo quo ipsam credere non teneretur, utpote nondum ab Ecclesia ut fidei articulum declarata, uti postea in Apostolorum Concilio communi fuit sententia credenda proposita.

Equidem libenter in horum Patrum partes concedo, & non minus illis Apostoli huius honorem & famam omnimodis tueri al-laborando, credere mihi est animus illius incredulitate fidem nostram esse confirmatam, & Ecclesiæ non mediocrem emolumentum accessisse. Verum enim vero cum veritati adeo contumaciter illum video refragari, ac testium r. omni exceptione maiorum, qui deinde mundo vniuerso rem eandem persuaferunt, testimonio credere aut acquiescere nolle, non possum, quin pernicitatem illam obfirmatam, aut nouam atque inauditam, aut saltem temerariam credam. Contremisco & S. Thomæ exhorresco, cum illum, collegis omnibus as-firmantibus, negantem audio, & in alia longe-

Pu. Chryf.

Haymo.

& Gregor.

Hom. 2. super missus est.

Euthym.

ab euntē dicere, Nisi videro in manibus eius figuram clavorum, & mittam manum in latus eius. &c. non credam. Verba hæc nescio quam superbiam ac præsumptionem spirant, temeritatem redolent, & insignis pertinaciæ sunt testimonium. Decem viri, ijque Sacerdotes, Doctores, Episcopi, Apostoli ac discipuli Iesu Christi, qui vniuersum terrarum orbem fidei Christianæ subicere potuerunt, hunc vnum collegam suum ad eandem conuertere nequeunt. Rei huius forsā causa fuit, quod non secus atq; alij Apostolus, Prælarus & Euangelizator foret.

Magni & docti difficilius alijs ad fidem transeunt.

Dico igitur, Auditores, ac dicenti mihi vos credere volo, si quem virum illustrem aut doctrina eximium in errorem prolabi cōtingat, difficilius atque ægrius illum rescipere, quam alium quemlibet obscurum aut plebeium. Citius namque ad meliora conuerti videbimus latronem, aut crumenifecā, aut meretricium aliquod prostibulum, aut denique alium profligatis ac perditis moribus, quam Sacerdotem aliquem perditē viuentem, aut excucullatum monachum; dum enim impingunt grauius alijs peccāt, ac proinde maiori difficultate atque labore à vitijs se abstrahunt. In huius rei signum est, quod in Euangelio legimus. Angelus enim Zachariæ apprensus, eique filium promittens, inter alia hoc de illo deprompsit vaticinium, Et multos filiorum Israel conuertet ad Deum ipsum. Non ait, conuersurum infidelium aut gentilium multos, sed filiorum Israel, id est, Iudæorum, quibus verbis futuram aliquando pueri huius prædicationem mirum in modum extulit, qua Iudæorum plurimos ad Deum & meliora conuersurus esset: vt pote quorum conuersio longe futura esset difficilius, quam Ethnicorum; simul etiam ostendens, maiores in Religioso deprauato, aut Sacerdote profligato, quam stare aut scorto conuertendis esse labores subeundos. Videte hic, vt decem conuocatores atq; omnes Apostoli, ne vnum quidem commouere Thomam potuerint.

Peccatores huius causa erat, quod multo jam tempore in ægrius resisteret. hęc errore versaretur. Iam octo enim dies ef-

fluxerant, quo primum hæc incredulitate piscunt, quæ contraxerat. Ceterum inueterati peccatores recentiores ac nuperi. Ad oculum hoc ostendit apud Mathæum Redemptor: Videns enim quodam tempore duos fratres, Iacobum ac Ioannem vna cum patre Zebedæo piscantes, ad se eosdem vocauit; qui statim relictis omnibus prope vocantem secuti sunt, pater vero in nauigio remansit: erat. n. ille iam senex, filij porro iuniores ac vegeti. Mystice ac figurate hoc denotat, iuniores ac nouiores peccatores, in delictum aliquod prolapsos, mox vt à Deo per inspirationes internas, tribulationum flagella, prædicationum monita, aliasque intitationes supernas exocantur, ilico præcipitio exire, peccato valedicere, ac Zebedæidum illosū exemplo confestim sequi. Inueterati vero & inolitii peccatores, tamen si appellentur, in eodem semper statu perseuerant, loco se non mouent, & senecionis illius ad imitationem in cæpto progrediuntur. Non nisi octo, eheu! effluxerant dies, quo crimen hoc Apostolus noster consciuerat; & ecce Apostoli ad vnum omnes animum obduratum mouere nequeunt; quorum ille verbis præfracte resitens, tamen si certissimis, addit: Nisi videro, non credam, &c.

Math. 4.

LUC. 1.

O singularem incredulitatem! o errorem intolerabilem! Quam falleris, & erras Apostole, videre dum cupis, antequam credas: credere enim prius oportet quam videre: si des mortalium est, at æterna jam beatitudine gaudentium visio. Egregiam rei quam tracto allegoriam dabit Genesis. Iacob Patriarcha septem ipsis annis Labano se in seruum addixit, Rachel filia ipsius, puella formosissima matrimonium ambiens, qua dum potiri jam sperat, septennio exacto, Lia illi lippiens a patre supponitur dicente, Non est in loco nostro conuuiuius, vt nun. res ante tradamus a nuptiis. De vtriusque autem puellæ forma hoc Scriptura dat testimonium: Lia erat lippis oculis, Rachel autē n. dico. a facie, & venusto aspectu. Et si, vt postea apparuit, illa fecunda & hæc sterilis foret. Sed jam allegoriam applicemus.

Gen. 19.

Allegoria.

Deus



Deus optimus maximus, magnus ille pa-  
 terfamilias duas egregias habet filias, duas  
 inquam Ecclesias, triumphantem vnam,  
 quam Rachel representat, summe ac singula-  
 ri quadam ratione decorat; in illa namque  
 quam perspicacissime Sancti diuinam mate-  
 riam intuentur; non enim ille amplius cre-  
 rendi, aut bonorum operum patratorum  
 est locus. Militantem alteram, quæ Lia adin-  
 star lippientes ac fluidos habet oculos, eo  
 quod diuinorum ac spiritualium nihil prorsus  
 ad oculum videamus, sed qualia sint, so-  
 lum inaudiamus: fecunda nihilominus est,  
 multosque parit filios, eo quod in terra me-  
 rendi sit oportunitas & locus. Liam porro an-  
 te ducere oportet, quod ante per fidem in Ec-  
 clesia viuendum sit, multa merita, bona ope-  
 ra, & infinitos amoris actus exerceado; ac  
 postea Rachelem nobis desponsabimus, di-  
 uina visione & conspectu in gloria cœlesti  
 perfruentes. Quocirca non mediocriter illos  
 falli cum Thoma certissimum est, qui dicunt,  
*Nisi videra, non credam*, Rachelem ante con-  
 spicere, quam Liam cupientes; è contra vero  
 ante credendum, ac deinde obringeret visio ac  
 fruitio.

Joan. 5.

Joan. 6.

Tract. 7. in  
Joan.

lib. de vita  
contempl.

Fides à sen-  
tu non de-  
pendet.

Ut vero libere, quid de Apostoli huius de-  
 lecto sentiam, exponam, cum dicentem inso-  
 lens illud, *nisi videro, audio*, fatear necesse est,  
 verba mihi hæc summam incredulitatem in-  
 cludere videri. Neque enim Apostoli est di-  
 cere, velle se videre ad credendum, sed in-  
 credulorum Iudæorum potius, quorum hic  
 apud Ioannem est sermo: *Quod ergo signum  
 facis, ut videamus te credamus?* Apostolicum  
 vero est dicere cum Apostolorum Principe,  
*Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus  
 filius David.* In quæ verba hoc notat Augu-  
 stinus: *Dixit prius, Credimus quam Cognoui-  
 mus, & docet occulta Dei mysteria credenda esse,  
 ut cognoscantur, & fide cogniti, non esse præ-  
 mittendam.* Addere his illud Beati Prosperi li-  
 cet, *Non fides ex intellectu, sed intellectus ex fide  
 nascitur.* Dicere, mea sententia, vult, non à  
 sensibus argumentorum, non ab experientia,  
 non denique à rationibus naturalibus fidem  
 dependere, sed hæc omnia è contra fidem vt  
 fundamentum habere. Nam vt quis credat,  
*non sensus, non humanam capacitatem, non*

ingenium consulat oportet, hæc enim omnia  
 fides transcendit; quin potius è contra, quid-  
 quid naturale & humanum est, ab ipsa depen-  
 det, eamque vt Dominam ac Principem a-  
 gnoscat necesse est.

Hanc forsitan ob causam amans illa sponsa,  
 sponsi sui videndi percupida, desiderioque es-  
 tuans & anhelans ait, *Indica mihi quem dili-  
 git anima mea, ubi cubes in meridie.* Perenti sic  
 respondit dilectus: *Mur anulas aureas faciemus  
 tibi vermiculatas argenti;* quasi diceret, me ipsa  
 coramintueri desideras, sed ante auribus in-  
 audias oportet, per quas fides in animum in-  
 greditur; nam teste Apostolo, *Fides ex auditu.*  
 Huc respexit haud dubie patiens ille Prophe-  
 ta Iob, *Auditu auris audiui te nunc autem oculus  
 meus videt te.* Audisse se ante ait, quam vidisse,  
 oculis aures, id est, fidem visioni præmit-  
 tens. Sanctus Thomas vero vice versa ante  
 videre quam credere desiderat, *Nisi videro,  
 non credam.*

Cant. 2.

Rom. 6.

Iob. 24.

Ibid.

Hanc porro nobis infidelitatem sancti  
 Thomæ, vt & aliorum Sanctorum infirmi-  
 tates ac habeculas idcirco Deus optimus  
 proponit, vt hinc liquido constaret, ipsos in-  
 firmos, fragiles, inconstantes, & vitijs non  
 minus quam nos obnoxios natos esse; dein-  
 de vt ipsorum imitari vestigia, & in pœni-  
 tentia, quam dimissis delictis subierunt, præ-  
 euntes sequi nequaquam pigeat: simul & vir-  
 tutes, quarum exercitio, diuina auxiliante  
 gratia, naturæ infirmitatem superarunt. Vo-  
 lupte est peccatoribus ac perplacens, Sancto-  
 rum lapsus & errata inaudire, vt hoc pacto  
 propria per similitudinem excusent, sibi que  
 peccantibus ablandiantur & velut adulterur.  
 Sic suam libidinosi & adulteri fornicationem  
 & adulterium simili Magdalene &  
 Davidis fornicatione adulterioque excu-  
 sant. Mathæi vsura foeneratioque lucro inhi-  
 antibus pallium est; blasphemis sancti Pe-  
 tri cum iuramento peieratorio negatio sola-  
 tio est; denique sancti Thomæ nostri incre-  
 dulus peruicaces in sua confirmat & corro-  
 borat, sic alios alia. Nec vllum omnino pec-  
 catorem dabis, qui, quo scelus suum excu-  
 set, purget, seque minus reum reddat, non a-  
 liquem sibi sanctum, qui id ipsum aliquan-  
 do ad-

Cur S. Tho-  
 mæ incre-  
 dultatem  
 Deus nobis  
 proponat.

Peccatores  
 sua crimina  
 Sanctorum  
 criminibus  
 excusant.

do admiserit, repræsentet. Quod sane in maximam Sanctorum vergit cõtumeliam, summaq; ipsis hoc pacto irrogatur injuria, quam sibi ipse factam arbitratur Omnipotens, atque interdum adeo hac offenditur, vt honorem illorum propugnaturus, non raro insigniter in huiusmodi blasphemos animaduertat.

2. Reg. 10.

Allegoria.

Palatini Regis Hannon missos à Dauide Legatos indignis habuerunt modis, & cõtumeliam insignem ipsis irrogarunt, mediam illis præsecantes barbam, & vestes pubertus decurrantes. Quam Dauid rex injuriam sibi irrogatam existimans, eamque vlturus, cum lecta militum manu Ioabum ducem misit, qui vindicias reposceret, & in injurios pro merito animaduerteteret. Huc animos & aures conuertire allegoricorum sensuum sectatores Peccatores, qui Sanctorum crimina imitantur, illaq; in sui purgationem adducunt, mediam illis vestem præsecant, & membra velut verenda detegunt. Si vero suis irrogatam seruis injuriam Dauid tam atroci vltione castigauit, ipse sane Dei filius nõ impune habere sinet illos, qui eadem in sanctos suos injuria lasciuunt, & in domesticos suos & palatinos adeo indignis modis sæuiunt.

III.

Verissimum est, nec distemur, Sanctorum plurimos, & eos quidem principes ac primarios, non secus ac nos, peccata admisisse; sed ea potissimum id causa permisit Deus, vt si labi nos interdum in delictum contingat, non propterea animo cadamus, neu de venia consequenda desperemus, sed diuinam semper esse misericordiam ad indulgendum & omnigenos peccatores resipiscentes recipiendos paratam agnoscamus. Mirum in modum hoc in epistola ad Timotheum exaggerat Apostolus: *Quia Christus Iesus v. nit in hunc mundum peccato es saluos facere, quorum primus ego sum, sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Quasi diceret, Fui reuera (quod gemens fatear necesse est) maximus ac grauissimus peccator, me tamen ad animam peccatorum de bonitatis & patientiæ cunctis essem peccato-

1. Tim. 1.  
Permistit Deus San-  
ctos labi, ne  
animam pec-  
catorum de-  
bonitatis & patientiæ cunctis essem peccato-  
spouderent

ribus, qui in illum mei ad instar peccarent, paradigma, nunquam vt desperarent, sed spem veniæ, sicut mihi eam ipse indulxit, consequendam conciperent certissimam.

Hæc quidem vnica fuit ratio, tametsi non desinat alia, cur Catholica Ecclesia, à Spiritu Sancto gubernata ac directa, Sancti Thomæ festiuitatem annuam recolendo, eius imperfectiones, & quod circa fidem potissimum commisit erratum, Christianis proponat. Id ipsum & in Magdalena peccatis præstat, docens eam fuisse in ciuitate peccatricem: nec minus in Martha, dum eum publicanorum (erat hoc hominum genus apud Iudæos maxime infame) in telonio sedentem inducit. Adeo vt eorum decantans laudes, & virtutes celebrans, illorum simul imperfectiones ac vitia proponat.

Romanis in more positum fuisse proditur, vt eodem in curru quadrijugo, quo triumphans Imperator urbem inueiebatur, seruus aliquis aut vile mancipium post tergum triumphantis astaret, qui quo alij stipitatores modo eius generosa facinora ac laudes prædicabant, injurias & cõtumelias in ipsum iaciebat. Fiebat hoc, ne triumphans gloria hæc & plausu populi superbiens insoleceret, atque vt demissus de se sentiret humanæ fortis memor. Sanctus Hieronymus eandem consuetudinem referens, præconem fuisse prodit, qui currum anteiens commonebat, ne in superbiam efferretur, aut sibi ipsi insolentior factus, hoc in plausu & gestientis acclamantisque populi præconij adularetur, sed mortalem se esse, atque omnia hæc vmbæ instar euanescere cogitaret. Ad eius fortis imitacionem Ecclesia Catholica, Sanctorum illorum illustrium festa celebrans, eximij ipsorum virtutibus peccata intermiscet, & eo quo ipsorum dignitatem & excellentiam celebrat tempore, imperfectionum simul recolit memoriã. An v. ne superbiant, & demissius de se sentiant? nequaquam hæc Ecclesiæ mens est; nam in statu illo, quo modo sunt, visione Dei potientes, nulla amplius, ne vane se efferrent, aut insolecerent, formido est: sed vt hac ratione animos nobis adereret, consolationis nobis exempla ob oculos

Cur Sancto-  
rum imper-  
fectiones  
nobis Ecce-  
lesia repræ-  
sentet.

Ritus tri-  
umphadi apud  
Romanos.

ponen-



772  
 volui, quoad scilicet vixi, quin tibi id scirem esse quam gratissimum. Idem aiebat & alius Rex, ac Deum iratū placatus, quæ egerat alias opera bona, in memoriam illi reducebat, dicens: *Memento Domine David, & omnia mansuetudinis eius*, id est, Si mihi irasceris Domine, si de me ultionem sumere decreuisti, si pœnam tibi ob delicta daturus sum, memento, obsecro, equæ meæ fuerit clementia & in alios benignitas, memento, inquam, quo modo illatas ab aduersariis iniurias æquanimiter semper pertulerim, & quam grater commissas in me offensas offendentibus remiserim. M nime igitur dubitandum, quia Redemptor ipse, quæ Thomas illi tanto tempore præstiterat obsequia, in mentem reuocans, ad illi erratum condonandum, & in rectum fidei tramitem ipsum reducendum per mortuus fuerit, dixeritque, *Infer digitum tuum huc.*

*Apo. 12.*  
 In Apocalypsi Ecclesiam noua quadam & singulari ratione figuratam videas, vt mulierem scilicet sole circumcinctam, & duodecim stellis redimitam. Caterum duodecim hæ stellæ totidem Apostolorum erant figura, qui coronæ instar Ecclesiam condecorant & ornant, vt Prælati eam gubernant, atque vt lucida quædam sidera illuminant. Ex hoc stellarum numero vnum demere, & in terrâ deicere contendit draco; de quo eodem dicitur loco, *Cauda eius trahabat etiam partem stellarum cæli, & misit ea in terram* Thomam sane nostrum miserabili quadam ruina inuoluendum detrabere omnimodis conatus est Satan, sed id minime Dominus permisit. Nam iuxta illam Psalmographi sententiam,

*Psal. 36.*  
*Homo cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam* Thomam cacodæmon iam in præcipitium deturbarat, verum Dominus non vnam, sed ambas supposuit cadenti manus, quin imo & latus, dicens: *Vide manus meas, aff. r manum tuam, & mitte in latus meum*. Vtramque ergo manum & vulneratum subiiciens latus obstruit, quo minus præceps rueret, & in peccati abythum & bazarthrum prolaberetur, quin & admirabilem illam diuinitatis confessionem sustulit, vt diceret, *Dominus meus, & Deus meus.*

Qui oculorum vtu priuatus est, res tractando & tangendo, quænam illi sint, ediscit. Hinc Isaac Patriarcha, cuius iam præ senio caligabant oculi, vt Esau filium inter nosceret, accedere eum propius iussit, vt cominus contrectaret, contrectatumque vere ne esset, quem designabat, cognosceret ac dicit, *Accede huc fili meus, ut tangam te, verum tu sis filius meus Esau, an non.* Circūsecus ergo eum cum pertractasset, tandem subdubitanter ait, *Vox quidē: & ex Jacob est, sed manus sunt Esau.* Vt ergo cæcutiens Isaac, quo filium nosset, eum tangere voluit, sic & Thomas, vt de Domini sui esset resurrectione certus, tangere illū cum primis desiderauit. Isaac, vbi Iacobum contrectauit, *Vox quidē*, inquit, *& ex Jacob est, sed manus sunt Esau*, partim eum agnoscebat, partim vero nō, vocem enim nouerat, sed non manus. Verum Apostolus hic, mox vt Dominum suum tetigit, perfecte eum à mortuis resuscitatū cognouit, agnouit in quâ certissimo has Christi & Domini sui manus, vocem, latus & corpus esse: nec vero hoc duntaxat, sed & penitus perspexit, fideliterque credidit, ipsum Deum simul & hominem vere esse.

Quocirca merito illud Psaltis in illū quadret, *Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum vt cæcutiens aliquis, & non sum deceptus* Hoc sane modo eundem Deum S. Thomas Homil. de quæsiuit; & vere eum vt erat cognouit, nec in sua est opinione deceptus. Vnde Ioannes Chrysostomus, *Pa pauit*, inquit, *Thomas in incredulitate, & non est deceptus*. Vt vero eum plane certum redderet, benigne illi Saluator ait, *Infer digitum tuum huc.*

Ecquæ mirabilia! Ipso Resurrectionis festo Maria Magdalena aromatibus onusta, ante auroram, monumentum Dominicum petit, lachrymabunda ibidem commoratur, videndum se illi Redemptor exhibet. Illa ergo dilectum conspicata, vt ad sacros illius pedes prouolui festinat, corripitur & audit, *Noli me tangere*, ne pedū quidē extremitates à sancta hac muliere tangi sustinet; hodie vero incredulo apparens discipulo, non sacros modo pedes ab illo tangi permittit, verum & manus & latus, quin imo digitos vltro in loca clauorum infert, ô mirabilia!

Ratio

Gratia ingens S. Thomæ præstita.

Ioan. 10.

Ratio rei huius forte fuit, quod S. Thomas Sacerdos esset & Apollolus: solis porro Sacerdotibus licitū erat iuxta legis præscriptū arcam fœderis tangere, vt Numerorum libro proditur. Accedit huc, quod toties in sacris libris a sacrorū contactu mulieres arceantur. Secundo Apostoli fidei erant testes, a Deo ad hoc cōstitutū ac præd. sinati, vt de mylteris Ecclesiasticis apud omnes passim testimoniū darent, vt in Apostolorū Actis legere est; quos designarunt olim duodecim illi fontes Elini, quos omnem omnino orbem adquare & satiare oportebat, par ergo erat dū denos illos fontes repleret, & cum gaudio haurire de scaturiginibus Saluatoris, vt prædixit olim Ilias *Et ursetis aquas de ontibus Saluatoris*; erant namque vt canales & aqua ductus fidei, Euangelii & gratiæ.

Tertio fuere Apostoli veluti quidam terræ sanctæ exploratores, qui Ecclesiæ egregium illum botrum, ficus, mala punica attulerunt, vt hoc pacto fideles animarent, & ad labores subeundos corroborarent. Vnde gloriosus Apostolorum princeps Petrus, *Non enim in doctæ fabulas secuti inquit, notam fecimus vobis Domin. nostri Iesu Christi v. ritatem & præsentiam, sed speculatores facti illis magnitudinis.* Viderat nimirum Petrus, & suis cominus oculis conspexerat eximiam hanc Saluatoris excellentiam iam olim in monte Thabor in die transfigurationis, & eam hodie S. Thomas digito ostiduo post gloriosam eius resurrectionem tetigit.

Scholastica historia refert Antipatrū Idumæum magni Herodis patrē, cum vt prodictionis reus ad Imperatorem delatus esset, & causa eius in Senatu Romano ageretur, nullum vel in sui causæque defensionem, vel vt actorum argumenta refuta et, verbum protulisset, sed facta verbis potentiora ratū, suam vt innocentiam testatam faceret, criminaque falso sibi imposita dilueret, coram Imperatore & iudicibus pectus amota veste denudasse plurimas vulnerum variis in conflictibus pro Imperatore ac patria tuendā acceptorum cicatrices ostendisse Quo facto tum demum causam verbis agere incipiēs: Verbis, inquit, clementissime Cæsar, minime opus est ad factorum cōmendationem, & aduersariorum

meorū calumnias falsitatis coarguendas: hæc plagæ, hæc notæ threniciæ, hæc cicatrices satis loquuntur, & iusticiensimum pro me dant testimoniū, quo te hæcenus sim amore profecutus, quam tibi fidum semper præstiterim obsequium: sanguinis quoque, quem pro te, Cæsar, effudi, nimis quam sufficienter, p me loquitur, & animi mei generositatē, facinorū & actionum sinceritatem, vitæq; innocentia quam cumulatissime & apertissime testantur. Historia hæc pathetica est, & cum eo, quod cum Thoma Redemptor hodie agit, dura pedes, manus, latus & vulnerum loca velut resurrectionis suæ argumta, affectus indicia & veritatis quem illi semper ostendit testimoniū adert, dicens: *In, e. digitum tuum huc*, conuicere aliquo modo videtur.

Illud ipsum factitalle amans ille Canticorū sponsus, tum ad dilectæ suæ amorem captandum, tum etiam suum vicissim illi patefaciendum mihi videtur; dum sic illam alloquitur, *per mihi soror mea sponsa, quia capu meū plenum est gratiæ rore, & cinctum meū gustu nobilitatis, id est, humanitas mea plagis refertissima patentissimis.* Idem ipse Ecclesiæ & animarum nostrarum sponsus hodie Apostolo huc ait, *In, e. digitum tuum huc.*

O admirabilis ergo peccatores Iesu Christi amor & indicibilis benignitas! Non voce vocat eos intena, non aculeos verborum, non flagella, non comminationes viurpat, sed amore & affectu plenus, suauissimos illos veros ad se pellicere conatur. Hanc Messia venturi modestiam, & in loquendo comitatem iam olim prædixit Ilias, Messias blandissimus, inquit, & suauissimus moribus futurus est, *Non clamabit vox eius, non audietur furor, calamum quassatum non confringet, & lignum fumigans non exstinguet.* Quæ fingi maior clementia ac benignitas potest, quam homini pernicatissimo & obfirmate credere detrectanti dicere, *In, e. digitum tuum huc, & mitte in latus meum!*

Parem nemo suauitatem aut comitatem vidit. Duo discipuli ipso Resurrectionis Dominicæ die in Emaus abeuntes, & mylterium hoc adimplendum plane disti, ab ipso acriter in via corripiuntur, & inscitia arguuntur, vt inuolose quodammodo iis diceret: *O stulti*

Hhhhh 2

Cant. 5.

V.

Isai. 42.

Christi ergo peccatores benignitas.

Luc. 24.

*Et tardi corde ad credendum!* sed longe aliter cum Thoma se gerit, adulari illi simul & pro dignitate Apostolica ipsum venerari videtur. Duo illi viatores forte Apostoli non erant, sed erat Thomas: propter dignitatis illius habita ratione stultum eum aut tardum ad credendum minime vocat, tamen octo ipsis diebus Dominum resurrexisse credere noluerit. Adhuc duos illos clam, nemine praesente, ac priuatim corripiebat Thomam vero coram aliis Apostolis corripere debuisset. Hinc suauis cum illo agit & blandius, dicens: *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Adhuc vna cum aliis ipsum postea in die ascensionis correpturus erat: de quo dicitur: *Discumbentibus undecim apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum.* Quamnam igitur hac in re adhibuit prudentiam, quam patienter processit & blande? noluit quippe extempore & in flagrante, ut ita dicam, delicto discipulum hunc carpere, ne forte pertinaciam eius obduraret magis, sed in aliud tempus opportunius hanc castigationem reseruauit. Docentur hic & discant Praelati ac Superiores, ne erga delinquentes acrimoniam vllam praferant, ne statim commissa noxa in eos reprehensionis aculeos stringant, sed in commodius correptionem suam tempus & aptius differant. Audite quid Antistitum ac Superiorum omnium Rex dicat, & quo se erga peccatorem, eumque contumacem & refractarium, gerat modo: *Infer digitum tuum huc.* Exclamem ergo: O clementiam! o benignitatem! o aestuas salutis animarum in Redemptore desiderium! ut vel animam vnam in exitium ruentem in salutis viam reuocet, pedes illi manus & latus, denique se ipsum totum inspectandum contretandumque permittit. Quod admirans Theophylactus ait, *Vide quomodo propter vnum hominem Thomam non dedignatus est ita condescendere Dominus, & latus ostendere, & saluet animam vnam incredulam, ita & nos neque minimum contemnere debemus.* Non oportet autem imitari fratricidam illum Cainum, qui percontanti Deo, vbinam Abel frater esset, ut in Genesi legitur, pro ea qua erat impudentia ac superbia, hoc responsum dedit, *Numquid custos fratris mei sum*

Prudentia Christi in Thoma subito non corripiedo.

Marc. 6.

Salutare documentum pro Superioribus.

Gen. 4.

ego? fratris Christiani custodes nos esse oportet, & singulos singulorum rationem habere, ac reddere, atque ideo diligens danda opera, ne prauo pereat proximus exemplo.

Iudas de venia desperans, & de commissis dolens, ad Principes Sacerdotum se contulit & Synagoga sentores, & triginta denariis, cruentae proditoris pretio, ad pedes ipsorum effusus ait: *Peccavi tradens sanguinem iustum.* Vah insignes fratrum cultodes! o viros charitate perfectos! nouos peccatis Cainos! Respondent quippe, *Quid ad nos? tu videris:* tua res agitur, non nostra. Vos res spectat, Sacerdotes, vos Superiores, vos Praelati, qui in Ecclesia aliis praestis, ad vos proximorum peccata pertinent, proximi vos habere salus sollicitos debet, de animabus pereuntibus reddenda vobis est ratio. Super fratres ergo Christianos diligenter excubate, peccatores a peccando reuocate, impios conuertite, & illis, qui morti, inferno, damnationique iam sunt proximi, auxiliariam dextram tendite, consolatorium aliquod iis verbum loquimini, & Christum imitemini, Thomae benigne dicentem, *Infer digitum tuum huc.*

Moyse maximo Dei in hoc corpore mortali videndi tenebatur desiderio, quapropter singulari quodam animi sensu ab illo hanc sibi fieri gratiam petiit, dicens: *si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciam tuam* praesta, ut te conspicerem obiter in hac vita queam, donec aeternam in altera te videre detur. Cui Deus, in petrae huius foramine stes, & pertransuentem me videbis. Iussa ergo Moyse exequens dum in foramine expectat, ceu qui per fenestram prospicit; ecce derepente pertransit Deus. Viso ergo fulgore quodam splendidissimo, obstupescens exclamat, *Dominator Domine Deus.* S. Thomae factum huic non admodum fuit dissimile. Cupidus namque Iesum Christum, Dominum ac Magistrum suum, resuscitatum videre cum foret; ecce Redemptor illum consolaturus ait, *Accede Thoma, & adis, infer digitum tuum huc,* in foramine hoc quiesce, per hanc fenestram prospice. Huc ergo eum accessisset, & manus simul & digitos admo-

uisset,

Allegoria.

uisset, infigne diuinitatis conspexit lumen, & stupore extra se raptus clamare cœpit: *Dominus meus, & Deus meus*: vt qui extra mentis statum præ stupore & admiratione raptus esset.

V. *Iudic. 7.* Cum lagenæ militum Gedeonis in bello ad inuicem collisæ & contractæ forent, lampadarum in iisdem latentium subito lux apparuit, tantamque animis Madianitarum consternationem iniecit, vt omnes præ timore in fugam se darent. In Apostoli huius facti simile quid intueor. E latere namque Saluatoris, haud ita pridem in passionis confictu cōfracto, & hodie huic Ecclesiæ ductori rursus referato, & e diuinitatis ibidem latentis lampade tantus subito fulgor emicuit, vt eodem oculos præstringente obstupescens, & raptus extra se clamavit, *Dominus meus, & Deus meus.*

S. Thomæ raptus. Hæ exclamaciones, raptus & extases Apostoli huius honorem mirum in modū adaugere velle videntur, vt pote qui his sequētia innuebat: Mene quis in mundo viuit beator & honorator: Bonus ille Deus vniuersi Saluator, bonus ille Pater cœlestis, clauēs quidē suas Petro, pedes Magdalenæ, dextrā latroni respicienti, & Ioanni pectus clausum dedit; mihi vero latus apertum, suum mihi cor præbuit conspiciendum, simul & plagas omnes ostendit. O gratiam singularem! O honorem incomparabilem! *Dominus meus, & Deus meus.*

Regina Saba sapientia miratur Salomonis. Regiaa Saba postquam multa suo in regno fama de Salomonis sapientia inaudiuisset, & illam deinde reipsa probasset, & suis ipsa oculis regni illius mirabilia conspexisset, velut extra se raptā, & penitus consternata in has regis laudes prorumpens, sic tandem concludit, *Verus est sermo, quem audiui de terra mea super sapientia tua.* Deinde progressa vterius beatissimos prædicauit illos, quibus ille quotidie nascere, & sapientiam hanc coram audire contingeret. Annon quid simile in S. Thoma nostro hodie peragi certissimū est? Toties de Dominica resurrectione multa ipse inaudierat, quin & Apostoli de eadem plurima iam intulerant; sed hodie resuscitaturum suismet conspiciens oculis, & suis tangens manibus, rem esse verissimam confite-

tur, & præ stupore exclamat, *Dominus meus, & Deus meus.*

Sauli dictum fuit olim, vt in libris Regum legitur, *Infiliet in se spiritus Domini, & mutaberis in eorum alterum.* Vera fuit prædictio; spiritus enim in illum infiliit, animus est immutatus, & ceterorū ad instar in prophetas prorupit. Idem hodie in Thoma nostro fit; dum enim Domini intuetur plagas & admiratur. Spiritu S. repletur, & in alium mutatur virū, e dubitante factus est certus, e peruiacace persuasibilis, ex incredulo fidelissimus insuper & Propheta: oculis quippe fidei diuinitatem latentem, vt oculis corporeis facerem humanitatē conspiciens, præ admiratione exclamat, *Dominus meus, & Deus meus.* Sacrarum scilicet plagarum Dominicarum contactus has in illo causatur ecstases: hocque spectabat Redemptor, cum illi dicit, *Infer digitum tuum huc.*

Duo illi Dominus mandat. Primo, vt digiti digitos in loca clauorū inferat, deinde manus in cretionis latus inerat. Per manus operatio, per digiti sunt symbolos vero designatur discretio, eo quod manus bolum in digitos distincta ac distributa sit. Figuratur autem hac re, non esse satis bene operari, nisi ad sit discretio. Quam ob causam in Leuitico etiam sacrificia omnia sale conspergi iubentur, quo representatur, in omnibus esse actionibus etiam bonis adhibendam discretionem. Huc referas, quod de sponsa illa in Canticis apud sponsum ait, *Manus mea distillarunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima*, i. e. omnia opera mea pœnam infligentia, i. e. omnis pœnitentia mea & austeritas, omnia flagra & sensuum & affectuū mortificationes (quarum myrrha est imago) discrete & ex rationis præscripto peraguntur. Ceterum in loc clauorum Christi digitum, & in latus manum inferere, aliud non est, quam quid facere simile ei, quod fecit Redemptor, cum clauis pro nobis confingi, & latus suum lancea aperiri voluit, id est, ex Christi amore operari. Tunc namque operatione nostra Saluatorem contingimus, cum per eandem amore & charitate illi coniungimur. Atque hoc est, quod Redemptor spectauit, cum discipulum Thomam digitum inferre in latus suum voluit.

H h h h h 3 Infer.

VI. *Infer digitum tuum huic.* Dicere vult, ocu-  
 Cur seruare los tandem, carissime Thoma, reclude, manus  
 sua Christi<sup>9</sup> admove, hic cogitatione sisto, animo tecum  
 vulnera vo- volue, quamobrè tibi plagas meas ostendam  
 luerit. & perpende causas, ob quas eadem ipse reti-  
 nere, eorumque seruare cicatrices voluerim.

Noueritis porro, auditores, quod olim Apo-  
 stolo huic semel Christus ait, id ipsum quo-  
 ridie vobis repetere, & easdem ostendere  
 plagas, vosque scire velle, cur easdem in cor-  
 pore referuer. Multæ vero rei huius sunt  
 causa, quas ordine ipse vobis patefaciam.  
 Prima ergo est, vt hinc omnibus manife-  
 stum fiat, idem omnino re ipsa corpus a mor-  
 tuis resurrexisse, quod triduo ante cruci affi-  
 xum fuit, adeo vt corporis huius cicatrices  
 certissima quodammodo signa, notæ & ar-  
 gumenta sint resurrectionis. Testantur hoc  
 Chrysostomas *a*, Augustinus *b*, Vea. Beda,  
 & Cyrillus.

Secunda. Vt hac ratione æternam & im-  
 mortalem illustris & ineffabilis beneficii pas-  
 sionis, & infinita in homines exhibitæ mi-  
 sericordiæ, tum in cælo, tum in terra memo-  
 riam redderet, nunquam vt intermoreretur.  
 Sic docet Haymo in Ioan.

Tertiam S. Ambrosius *c*, Cyprianus *d*, Be-  
 da hanc assignant, vt sc. Patri suo in hominũ  
 genus succensenti has plagas ostenderet, his-  
 que amoris caracteribus ipsum ad miseri-  
 cordiam flecteret.

Quarta. Vt in die iudicii has ipsas homini-  
 bus, sed Iudæis imprimis, exhiberet; se illum  
 esse manifestas, quem inique olim morti ad-  
 iudicauerunt, cruci affixerunt, & in monte  
 Caluariæ neci dederunt. Sic quidem Haymo  
 & alii nonnulli docent.

Quinta. Sanctas has plagas Seruatos refer-  
 uat, vt animositatis cuiusdam eximie notas,  
 & victoriarum suarum trophæa. Sic Ambros.  
 in Luc. cap. vii. & S. Bernardus *f*, & Beda Ven.  
 in Luc. cap. 24.

Sextam idem Beda affert rationem; vt ni-  
 mirum hæc passionis for. nt memoriale. his-  
 que homines ad Deum amandum excitaren-  
 tur, & post tam ingens & illustre beneficium  
 ingrati non forent.

Septima. Vt hæc ipsa, vt quidem S. Bernar-  
 dus ostendit, alya quædam & loca refugii,

quin & propugnacula quædam fortissima fo-  
 rent, ad quæ, dum tartarei nos hostes oppu-  
 gnabunt & exagitant, confugiamus, nos in-  
 tutum recepturi. In huius rei figuram sponius  
 dilectam suam, sub nomine columbe inuitat, *Cant. 2.*  
 vt in foramina petræ, & cauernas maceræ,  
 insequente miluo, se subducatur. In quæ verba *Gregorius 1.*  
 Gregorius sic commentatur, *Per foramina pe-*  
*tra vulnera manuum & pedum Christi libenter*  
*intellexerim; cauernam vero maceræ vulnus la-*  
*teris eodem sensu dixerim.*

Denique, octauo S. Bernardus sacras hæc *Serm. 61. in*  
 plagas idcirco à Saluatore seruatas, & æter- *Cant.*  
 num seruandas credit, vt per easdem, ceu per  
 foramina & aperturas quasdam, quoties lu-  
 buerit, generosum cor eius, amore, dilectio-  
 ne & misericordia redundans conspiciamus.  
 Hanc ob causam in pedibus, manibus, ac la-  
 tere perforari voluit, ostendens, velle se, vt  
 per pænosas illas aperturas nemo non vo-  
 strum agnosceret, affectus suos, quorum pe-  
 des figura sunt; opera, quæ manibus repræ-  
 sentantur; cor denique latere designatum,  
 amore fauciata & misericordia plena fuisse.  
 Vt hoc particularius S. Thomæ ostenderet,  
 ait illi, *Infer digitum tuum huic.*

Credibile porro fit, S. Thomam sanctorũ S. Thomas  
 horum vulnerũ conspectu & contactu, præ- ad marty-  
 ter infinitum, quem inde emicare amorem rium ani-  
 cognouit, ad mortem eius nomine subeun- matum visis  
 dam animatam fuisse: vulnus quippe in la- Christi  
 tere Christi lancea patefactum considerans, plagis.  
 ad eandem fuit passionem ferendam, ac simi-  
 lem subeundum cruciatum inflammatum. Vt  
 enim elephantis, vt ad bellandum, & feroci- *1. Mach. 6.*  
 dum excitarentur, in libris Macchabæorum  
 legimus mororum succum, ac visum rubi-  
 cundum, quæ sanguinis colorem referunt,  
 fuisse obiecta. Sic S. Thomas, conspecto ru- S. Thomas  
 bricante latere Christi, quod hasta referat, hasta tranf-  
 in tantum amore exarsit, tantisque induit a- fixus hinc  
 animos, vt mortem oppetere paratissimus, in illi eadem  
 armis & conflictu occubuerit, & in vrbe Ca appingitur.  
 lamine in Orientali India, lanceis vel hastis  
 fuerit transfixus. In cuius generositatis me-  
 moriam ac signum etiamnum hodie picto-  
 ribus addito hastili depingitur.

Nec vero frustra aut sine causa hoc reli- *Hasta regu-*  
 gnum Apostolo huic appingitur: na apud prif- litatus signu-  
 cus

*Hom. 86. in*  
*Ioan.*  
*b ep. 49. q. 1.*  
*Ps. 74.*

*In Luc. ult.*  
*d Serm. de S.*  
*Ioan. Bapt.*  
*e In Luc. cap.*  
*24.*

*Serm. 3. de*  
*Resur.*

*Serm. 61. in*  
*Cant.*

Deo  
 quib.  
 dicit  
 m  
 ruc

Dum  
 et bon  
 horat  
 videret

Hasta regu-  
 litatus signu-  
 cus



cos hastam gestare non exiguus erat honos, sed regiam dignitatem referebat, & vt diadema, sic & hastile eiusdem insignie erat. Hinc Virgilius Æneam suam vt Regem representaturus, bina manu lato crispantem hastilia ferro inducit. Quin & Festus Pompeius auctor est, viris generosis & fortibus olim hastas offerri in virtutis solere testimonium, eo quod armorū prima forent, & imperii signū Lyfippus, referente Plutarcho, stauarius, Alexandro magno hastam in manus dedit, velut regis & maiestatis insignie, vt hoc pacto nomen eius redderet illustrius. Quin imo testatur Cyrillus, ipsis simulacris deorum olim hastas velut diuinitatis symbolum addi solitas; ea porro veteribus infidebat opinio, constantiam hoc teli genere, & immobilem diuinæ naturæ firmitatem designari. Ita Marti bellorum Deo, & Palladi scientiarum Præfidi hasta appingebatur.

Legere etiam apud veteres memini, captiuos & seruos subhastari, & sub triplicis lanceæ iugo venire solere. Hæc porro S. Thomæ nostro non in seite adaptantur: à Christo namq; deicctus subhastatus deinde fuit, hastas subiit, & hastis transfactus mortem pro eodem oppetiit, atq; hinc in diuini honoris notam in Ecclesia hastam seu symbolum in manibus habens depingi solet.

Hæc sunt, quæ S. Thomæ occasione dicenda mihi occurrerunt. Hæc eius vita, mors, & martyrium fuit; fideliter ac sincere vobis, & sine adulatione, aut fuce, conuersionem eius, raptum eius & ecstasies patefeci. Iam reliquū est, vt aliquod ex omnibus emolumentum & consolationem eliciatis. Fiet hoc, si quæ in historia hac notari dignissima occurrunt, in mentem reuocaueris. Disceris in primis, quam sit noxiū à bonorum se societate sequestrare, & sanctorū deserere contubernia; cum Thomas à SS. Apostolorum consortio absens, Redemptorem conspicere non potuerit, & infidelis factus sit, sed cum octiduo post iisdem se adiunxisset, illum videre, in visum credere credendo quoque inde consolationem & gaudium singulare elicere meruit.

Videbitis deinde, atque videndo admira-

bimini bonitatem, benignitatē, clementiam, patientiam, & insignem Dei erga creaturas suas, atq; in primis Apostolum huic misericordiam. Ocho ipsum diebus ad pœnitentiā catores expectat, & in cubiculo cum aliis Apostolis congregatum vltro ipsum adit, benigne affatur, vulnera illi & cor patefacit vulneratum, & ipsum tangi permittit, quod à resurrectione nulli dum discipulorum concessit; deniq; spirituales illi ardores & incomparabilem consolationem inspirat.

Amorē, affectum & bonitatem patris filii prodigi nemo non demiratur ac mirifice depredicat, quod tam benigne ganeonē illum ac perditum redeuntem admiserit, venientis in amplexus ceciderit, vitulum saginatum in gratiam eius mactari iusserit, veste noua induerit, & symphonia iucundissima reerearit; non tamen ante, quam filius ad patrem rediret, & erroris eum commissi pœniteret: neque enim filio occurrit pater, sed patrem adit filius, & genibus in terra prostratis veniam commissorum efflagitat, dicens, *Pater peccauit cœlum & terram te*. Diuina porro bonitas parentis huius clementiam longo antea intervallo. Nam, ecce Iesus Christus benignus ille Pater cœlestis, Thomæ suo obuiam velut filio cuidam prodigo, qui omnem fidei dissiparat substantiam, procedit, amplectitur, stringit, venientem magno cum honore admittit, familiariter illum habet, passionis illi signa exhibet & trophæa victoriæ, & iucundissima & suauissima consolatione modulata ex eo elicit harmoniam. Non expectat hic pater, donec filius perditus ad se accedat; (nā de ille hoc quidē cogitarat) non expectat inquam, vt veniam poscat & respiceat; (nam nimium caligabat & pertinax erat) sed ipse errantem præuenit, ipse instat, & incredulitate excundi, & ad gratiam ipsius denuo redeundi, vltro rationes suggerit.

Disceris denique, charissimi, hæc è concione, Apostolum hunc, Redemptoris intendo vulnera, suisque ea manibus contrectando, incredulitatis abyfso egredi, humilem ac fidelem fieri, Deum ac Salvatorem suum agnoscere, ad pedes eiusdem se abicere, fideliter adorare, & si autum illi nempeps addicere.

Deorū ima  
gib. hasta  
vli moris  
ru.

Captiu sub  
hastâ ven-  
tebantur.

Diuino sum  
di bonorū  
bonitatem  
dicere.

Vulnerum addicere obsequium. Atque hinc discetis, solum vulnerum Dominicorum aspectum, & attentio-rem contemplationem esse ad infideles conuertendos, peruicacissimos perfingendos, maxime insensibiles commouendos, maxime soporatos excitandos, frigidissimos inflammandos, ingrati-ssimos quosque ad beneficiorum acceptorum memoriam recolendam ad accendendos, & peccatores obduratissimos in alios viros commutandos, nimis quam efficacissimam. Hæc igitur vulnera inspice, Christiani, hæc amoris signa, hæc dilectionis testimonia, hæc patientiæ argumenta, hæc nostræ redemptionis indicia, has beatitudinis nostræ arrhas, & infinite misericordiæ symbola bene attenteque intueamini, intuen- do in æternum illorum memineritis, ac nunquam ipsorum memoriam aut sensum amittite.

Nunquam hoc nobis accidit Redemptor, nunquam sanctæ passionis tuæ memoriam deponemus, semper crucem tuam, claues & spinas intimo sensu recolimus, semper plagas tuas & vulnera, noctes simul & dies ob oculos habebimus. Hic erit deinceps cogitationum nostrarum scopus, sermonum materia, & operum gloria, non enim aliud animus quam dolores tuos respirabit, non nisi de morte tua lingua loquetur, nec aliud ma-

nus, quam sacra tua vulnera contrectabunt. Summe omnipotens, iustissime & misericordissime Deus, petisti olim, vt sancta illa Cantorum sponsa te vt signaculum super cor & brachium suum poneret, *Pone me, dicens, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* In animabus hoc nostris complendum spondemus, cum illarum ipse sis sponsus, & tuæ ipsæ sponsæ fieri mereantur. Mors, passio ac vulnera tua animo nostro perpetuo insculpta erunt, & plagis tuis cor nostrum vicissim semper inscriptum & infixum erit: eas ipsi vt signaculum super cor & super brachium gestabimus: quod cogitationes, (quarum cor domicilium est) & opera, (quorum brachia symbolum sunt) non alium quam sancta vulnera tua scopum respicient. S. Thomas hæc credidit, & admiratus est, dum tangeret; at nos hæc ipsa credimus, tamen non videamus, & credendo in hac vita admiramur; spe concepta, eadem in sacro corpore tuo permanentia in altera nos vita, cælesti scilicet habitaculo, velut partiale aliquod beatitudinis nostræ obiectum visuros, ad quam nos Pater & Filius &

Spiritus ille consolatorius deducere dignentur.

Amen.

*Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.*  
Psalm. 50.

INDEX